

III.

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 78.

*Secretum litterarum Commercium inter Vivos
et vita functos.*

Elysium-Meum.-Die Veneris 10. Oct. 1809. (Nov. 24 Oct. 1809.)

Antonius Galland ex Elysio ad sperantes.

Omnia mala ex Pandoræ pixide in mundum evolarunt, una spes ejus fundo immansit; Consolatrix hæc ab omnibus adhuc mortalibus quæritur — fortunatus æque ac fortunam adversam expertus eam aucupantur, — Interim nos, vota que nostra *tunulus* intercedit, ei inferimus ante, quam eorum dannemur.

Quis magnificas arces non quæritat? — quis portum in aere non videt? quanta mænia, quæ spes, desideria hodie exacto in bello non concipiebantur? quid factum? pueri ex foliis pictis domos extruxere, — fumo prostratas.

In scriptis meis fabulam de Persico vitrorum quæstore posteris reliqui, eam isthic repetere placet, pro argumento: quæ opere homines spe frustrari possint, sic sonat:

Albaschar, ait fabula, homo erat plenus imaginatione, qui patre desperante negotii levem & mechanicam, seni solum complaciturus, operam curamque gessit, ejus imaginatio amplam eminus fortunam ei ostendebat.

Patre tandem mortuo centum circiter
 Drachmarum Perficarum hereditatem jactit,
 Alnaschar eas, ut optimum existimabat, com-
 parandis vitris lagenis & subtilissimis testaceis
 mercibus impendit; has ille amplo patenti
 corbi impositas accumulavit; cumque modi-
 cam tabernam conduxisset, corbem pedibus
 suis subtravit, dorsum parieti acclinans emen-
 tes opperiebatur. In hoc ille situ defixis con-
 tinuo in corbem oculis perstitit aliquantum,
 cum amarae cogitationes mentem ejus oble-
 ctare inciperent, in qua voluptate sibi ere-
 ptum vicinus forte praeteriens offendit, hæc
 secum loquentem: „hic corbis 100 drachmis
 mihi venit, quæ solæ meæ facultates, paulo-
 post 200 drachmas ex eo eliciam singulis fru-
 ctis divenditis, ducentæ drachmæ post mo-
 dicam moram in 400, hæc cum tempore in
 4000 convertentur; 4000 drachmæ brevi spa-
 tio 8000 Summam efficere debebunt. Ubi
 hao ratione dena drachmarum millia posside-
 ro tum quæstui vitrorum valedicam, & quæ-
 stui gemmarum me dedam, meris adamantini-
 bus, unonibus, pretiosisque lapidibus nego-
 tiabor, postquam tantas jam opes lucrifera-
 cero, ut vetis meis sufficiant, tum magnifi-
 centissimæ ædes mihi comparabo, ad quas ægri
 servi, eunuchi, equique pertinebunt; quo
 facta mihi demum iadulgebo, & illustrem
 in orbe personam agere volo. Interea non-
 dum subsistere lubet, verum adamantinum
 quæstum usque prosequi, quo 100 drachma-
 um millia coacervaro, postquam 100 milli-

um drachmarum dominus fuero, utique principi similem conditionem laire debeo, quare Magai Veziri filiam sponsam petere, prius eum de nuncio certum redditurus, quod de venustate formæ, ingenio, prudentia aliisque illustribus, quibus filia ejus ornata, dotibus, percepi. Eadem occasione pro prima actuum nuptiarum nocte manusculum mille aureorum numorum ei offeram. Ducta uxorem M. Veziri filia denos Eunuchos emam, eosque ætate formaque excellentes, qui usquam acquiri ære possunt. Dein socerum meum deocente in comitatu invisere debeo, & ubi dextræ ejus affedero, quam honoris ille gratia mihi cedendam habebit, etiamsi in filiæ suæ gratiam id fecerit, tum mille illos aureos ei porrigam, quos eidem promisi; & tum ad stuporem ejus augendum aliud marsupium auro turgidum adjiciam laconico dicto: Mi Domine! sto promissis, & plus do quam promiseram."

Domina principe domum ducta omnem labo operam, ut debita in veneratione erga me conservetur, priusquam amoris & indulgentiæ habenas laxavero; quapropter eam cubili includam, raro adibo, parce aut nunquam eam alloquar. Ejus Cubiculariæ mihi proponent: frigidam meam agendi rationem eam omni solatio orbare, meque lacrimis madentibus exorabunt, ut amabilius cum ea agam, ut eam lateri affidere meo admittam, sed ego ero inexorabilis; & tota, quæ agetur, nocte continuo tergum ei obvertam, tum ejus ma-

ter comparebit, filiam adducet, ego vero thoro meo insidebo. Filia tota quanta lacrimis madens, pedibus meis advoivetur, precibusque enixis obsecrabit, ut meam sibi gratiam non denegem; tum demum debitam erga me venerationem ei inculcaturus ossa exagitaturus, pedeque a me abactus sum, ut ad aliquam a sedili meo distantiam avolet."

Et seapse Alaschar hoc spectro adeo implicatus erat, ut se continere non posset, quin cogitationes suas pede exprimeret. Infelici ergo fato corbem percussit, omnisque fragilis merx, quæ immensæ fortunæ rationem continebat, procul ab eo ad medium plateæ projecta in miliones crustarum dissiliit.

Quam similis Persico vitriario nonnullus speculans mercator se exhibet! — in irrationes, & uno flatu totam disjicit papyraceam molem, ut collabatur, & nihil præter, quam umbram splendentis fortunæ relinquat!

Quam similis Persico vitriario nonnullus dux exercitui anteit! — tropæa erigit, lauros amputat! — at at feliciter stratagemata intercedit & — prælium cum tropæis laurisque amittitur! —

Quam similis Persico vitriario opes non nemo mercatorum ex mercibus redundaturas computat! — Jam jam lucrum in ærario suo manuprehendit, jam dimanatura ex eo emolumenta expendit, jam domus angusta videtur, commodiori struendæ animum adjicit — at merces in confinio detinentur, stercoræ regionis vetitiones intercedunt, gaude postre-

num modicas adhuc sibi ædes — speculationes instar somni evanescent! —

Quam similis Persico vitriario, nonnulli sequelas belli nupri expendere! — Jam jam nova veteri restituta vesti existimabant; jam jam belli alea politicæ eorum opinioni inclinabat, jam prospere & e sententia decurrerant omnia, cum subito nova adgressio accideret, & spes omnis concidit! —

Hæc mortalium sors est! spes alit & fallit — spes Pandoræ quæ immansit, opium est, svavia nobis eliciens somnia — solatium in adversis, & in ipsa secunda fortuna somniamus de ejus incremento! —

Licet tam singulares homines, quam universam contemplari gentem, ubivis spes ei incubat, ubique imitatio fabulæ de persico obtinet vitriario.

Hoc somnio aguntur Insurgentes in Hispania, & quid de iis memoratur? — sequentia:

Madridi 6. Octob. Mareschallus Elchingen, exacta isthic aliquot dierum mora via Valladoleтана rursus discessit. Alleverant Gallias petiturum, Præfecturam ab Imperante suo sibi destinatam aditurum. (Parisinae paginae sufficiunt ei in Hispania Mareschallum Ducem Ragusanum).

Rumor hic circumfertur: Anglos tentasse urbem portumque Gaditanum occupare, additur Ducem Venegas iis occurrere. — Id quidem prævideri potuit, ajunt Parisinae paginae, nihil fore magis singulare, quam si pyratæ, & concitatores diu amicitiam colerent &c.

ter comparebit, filiam adducet, ego vero thoro meo insidebo. Filia tota quanta la-
chrimis mædeus, pedibus meis advoivetur,
precibu que enixis obsecrabit, ut meam sibi
gratiam non denegem; tum demum debitam
erga me venerationem ei inculcaturus ossa
exagitaturus, pedeque a me abacturus sum,
ut ad aliquam a sedili meo distantiam avolet."

Et reapse Alnaschar hoc spectro adeo im-
plicatus erat, ut se continere non posset, quin
cogitationes suas pede exprimeret. Infelici
ergo fato corbem percussit, omnisque fragi-
lis merx, quæ immensæ fortunæ rationem
continebat, procul ab eo ad medium plateæ
projecta in miliones crustarum diffiliit.

Quam similis Persico vitriario nonnullus
speculans mercator se exhibet! — inirratio-
nes, & uno flatu totam disjicit papyraceam
moem, ut collabatur, & nihil præter, quam
umbra splendens fortunæ relinquat!

Quam similis Persico vitriario nonnullus
dux exercitui anteit! — tropæa erigit, lau-
ros amputat! — at at felicius stratagemata
intercedit & — prælium cum tropæis lauris-
que amittitur! —

Quam similis Persico vitriario opes non-
nemo mercatorum ex mercibus redundaturas
computat! — Jam jam lucrum in ærario suo
manuprehendit, jam dimanatura ex eo emo-
lumenta expendit, jam domus angusta vidi-
tur, commodiori struendæ animum adjicit —
at merces in confinio detinentur, stultæ re-
giminis vetitiones intercedunt, gaude postea

rum modicas adhuc sibi ædes — speculationes instar somni evanescent! —

Quam similis Persico vitriario, nonnulli sequelas belli nup-ri expendere! — Jam jam nova veteri restituta vesti existimabant; jam jam belli alea politicæ eorum opinioni inclinabat, jam prospere & e sententia decurrabant omnia, cum subito nova adgressio acciderat, & spes omnis concidit! —

Hæc mortalium sors est! spes alit & fallit — spes Pandoræ quæ immansit, opium est, svavia nobis eliciens somnia — solatium in adversis, & in ipsa secunda fortuna somniamus de ejus incremento! —

Licet tam singulares homines, quam universam contemplari gentem, ubivis spes ei in cubat, ubique imitatio fabulæ de persico obtinet vitriario.

Hoc somnio aguntur Insurgentes in Hispania, & quid de iis memoratur? — sequentia:

Madrato 6. Octob. Mareschallus Elchingen, exa& isthic aliquot dierum mora via Valladoleta rursus discessit. Asseverant Gallias petiturum, Præfecturam ab Imperante suo sibi destinatum aditurum. (Parisinae paginae sufficiunt ei in Hispania Mareschallum Ducem Ragusanum).

Rumor hic circumfertur: Anglos tentasse urbem portumque Gaditanum occupare, additur Ducem Venegas iis occurrere. — Id quidem prævideri potuit, ajunt Parisinae paginae, nihil fore magis singulare, quam si pyratæ, & concitatores diu amicitiam colerent &c.

Austria — in pace —

Vindobona 15. Octob. Extra ordinem adjecta Appendix ad Ephem. de 14. h. m. inquit: Hodierne meridie D. regiminis Præses seqv. argumenti litteras a D. Gen. Governatore Austriæ percepit. Domine Præses! Festino Dom. Tuæ advolutam Copiam Jussi diurni notam reddere, ex qua Excellentia Vestra letam percipiet novitatem: pacem hodie 9 matutina subscriptam esse; Jussus sum eam explosione 100 tormentorum publicam reddere, velit eam per tympani sonum promulgare. Plenam potestatem Eidem Dom. confero Jussu diurnum, quod transmittendi honorem habeo, illico utroque idiomate excudi affigique curandi. Renovo D. V. personalis affectus & amplæ æstimationis alleverationem. Subscr. Gen. Divis Imperii Comes, & Gen. Governator *F. Andreossy.*"

Articuli pacis non quidem adhuc constant, publica tamen opinione aliqui ex eo abstrahuntur, quod superiore hebdomade ex Registraturis sulticæ Bohemæ — Austriacæ Cancellariæ plura acta cistis imposita avertaque fuerint.

Hodie mane seqv. nuncium affixum est: „Vigore perceptæ ex parte Cæs. Gallicæ loci Præfecturæ ab Austriæ Inf. regimine declarationis, hodie 15. Octob. jussu Sux Maj. Gallicæ Imp. propugnacula urbis Vindobonæ dirumpentur. Regimen Austriæ inf. festinat itaque publicæ notitiæ actum hunc e vestigio notum reddere. Viennæ 15. Oct., 1809 ab Inf. Au-

stris provinciali regimine. *Franc. a Hacker et Harth, reg. inf. Austriae Secretarius.*"

Conformiter huic Jussui, omnes jsm dispositiones pro publica securitate. partim dispositis ad prohibendam nimium adpropinquantem plebem vigiliis, partim præmonitione in adsitis munimento domibus, factæ sunt, hora operi præfixa 3 inter & 4am; mœnia demolitioni destinata sunt: ad portam regiam, Carinthiacam & Scoticam, ad quam ex longiore tempore præparatoriæ operæ anxia curiositate advertabantur. Cæterum: cum exteriora solum mœnia, non urbis interiora diruantur, visque pulveris nitrati admodum accurate computata sit, ad collapsionem mœnium medio adplicatarum fissurarum procurandam, ne ea in auras ejciantur, ideo succussus, inde fortassis oriturus, ipsi urbi admodum exiguæ considerationis est, — heri adhuc vespere equestris prætoriana turma, & hodie pedestris isthinc discessit. Castra firmiter erecta, ad Cuneum ita dictum, hodie post meridiem dirueada dicuntur.

Die 14. a. m. Austriacus Gen. Dux, comite Gallico Stobi Officiale isthinc Oenipontum profectus est.

B I O G R A P H I A.

Galland (Antonius) in vico Picardiæ *Rolo A.* 1646 pauperibus rarus parentibus. Studus operam dedit Novioduni (Noyon) unde multa difficultate Parisios pedes adpulit. Professor Sorbonæ animadvertit in eo dotes, eum in domum suam recepit, atque in he-

braica aliisque orientalibus linguis eruditus. Gallandius & publico præmio, & a peritis ingeniorum æstimandorum excitatus, iter in orientales regiones suscepit, ibi insignem in arabicis cognitionem sibi procuravit, mores simul Mahomedanorum indagavit, eosque descripsit. Obiit Parisiis 1715. Multa reliqua opera, præcipua sunt: *relatio de obitu Sultani Osmani, & Coronatione Sultani Mustaphæ. Collectio adagiorum, & argutarum cogitationum excerpta ex operibus orientalium. Dissertatio de origine Coffeæ; Wille & una nox, narrationes arabicæ.* Erat doctor linguæ arabicæ, & socius Academiæ Inscriptionum & elegantium litterarum, In narrationibus: „1001 nox” quævis narratio, his verbis incipit: „*Mea dilecta soror! si non dormis, quæro narra unam, de amoenis, quas scis fabulis*” — quidam juvenes nocte ædes Gallandi adivere, fores usque pultavere, quo is expergisoeretur, fenestramque accederet; posteaquam identidem eum percontati fuissent: utrum Gallandius esset, isque continuo affirmaret, ut erant acuti & salis pleni, ajebant: „*Mi dilecte Gallande! si non dormis, quæro narra unam de amoenis, quas scis, fabulis.*” — Gaudebat præsidio Colberti, eratque unus ex ingeniis, quæ magnus hic Mæoenas e tenebris in lucem protraxerat. — Tanta fuerat olim doctrinæ, & meritorum æstimatio! —